1517° 23 7bris

Petrus Thomicius Epus Przemisliens Vicecancellarius – Paulo Duci Olsanens. Episcopo Luceoriensi –

157

Rndme in Christo Pater et Dne amice Charme et honorande –

Die Crastina, proficiscimur hinc in Wratislav, et illic expectabimus, quoad intelligamus quomodo, tam Exercitui, quam Oratoribus, in Moschoviam missis succedet. Speramus autem, quod hostis pertesus, tam longi et gravis belli, sapere aliquando ad Pacem incipiet, praesertim cum Thartari promittant se etiam Terram Illius ab alia parte vastaturos. – Commendo me Vestrae Dominationi, quae sit incolumis et faelix et me diligat – Datt. in Poloczko – Anno Domini Millesimo Quingentesimo Decimo Septimo – 23 7bris.

Anno Domini 1517°

Die 22. Julij Chrisostomus cum Konarski Vilnam discesserunt, ad Italiam pro Bona Regina desponsanda –